

Universitätsbibliothek Paderborn

Decisiones Practicæ Casuum Conscientiæ Selectorum In Praxi, Et Foro Interno Quotidie Occurrentium, Omnibusque, Præsertim Ecclesiasticis, Qui Sui, Et Aliorum Curam Gerunt, Perutilium, Resolutorum

Pars Altera Decisionum Practicarum Casuum Conscientiæ Selectorum In
Praxi, Et Foro Interno Quotidie Occurrentium, Omnibusque, Præsertim
Ecclesiasticis, Qui Sui, Et Aliorum Curam Gerunt, Perutilium, Resolutorum

Leonardelli, Bonaventura

Augustæ Vindelicorum ; Græcii, 1739

Q. 2. An, si Crispinus conscius fuit, alienationem domūs frieri in fraudem
Creditorum, teneatur tam in foro externo, quàm interno domum
restituere, sive Creditores petant, five non petant intra annum?

urn:nbn:de:hbz:466:1-41144

tuitur leg. quod autem 6. ff. quæ in frau-
dem Creditor. his verbis : si quid in
fraudem Creditorum factum sit, si
tamen is , qui cepit, ignoravit, cef-
fare videntur verba editi. Si verò
rem accepit titulo lucrative v. g.
donatione, tenetur rem reddere,
si extet, si verò in se non extet, te-
netur duntaxat, in quantum factus
est locupletior, dummodo Credi-
tores intra annum , quo sciverint
rem tibi traditam esse , eam in ju-
dicio postulaverint , uti habetur l.
qui autem §. simili modo , ff. quæ in
fraudem Credit. & l. penul. C. eod. tit.
l. ignoti C. de revocand. iis , quæ in
fraudem Credit.

124 Ad 2. Q. responsio colligi po-
test ex casu 9. ubi tanquam pro-
babilius tenuimus , eum , qui sciens
rem alienari in fraudem credito-
rum, eam emit, in foro conscienc-
iae teneri ad restitutionem Credi-
toribus faciendam non solum intra
annum, sed etiam anno jam elapso,
quantum ex eo contractu læsi sunt
Creditores , sive ad id inducat, sive
non inducat alienantem ad alienan-
dum.

125 Ad 3. Q. non posse patrem dotare,
nec filiam à patre dotem ac-
ceptare, cùm ex ejus acceptatione
parens impotens redditur ad satis-
faciendum suis Creditoribus , cen-
sent Sylvest. V. usura q. 4. Lud. Lo-
pez. cap. 81. Molina D. 230. An-
gel. Rodriq. Vega. & alii. Ratio
est, quia non potest dos constituui,

vel donatio propter nuptias, nisi
priùs de bonis paternis deducatur
totum æs alienum , quo dducto
de bonis , quæ supersunt parenti,
deducenda primū est dos , aut
donatio propter nuptias : ergò si
non dducto priùs ære alieno filia
dotem accepit, restituenda erit
Creditoribus.

Nihilominus alii cum Palao l. c.
p. 15. & Jo. Salas. tr. de usur. c. 42. n.
14. rectè contrariam sententiam
amplectuntur, sentientes, posse pa-
trem dotare, & filiam dotem mo-
deratam & suo statui competentem
accipere à suo patre sine obligatio-
ne restituendi, et si ex ejus accepta-
tione pater impotens reddatur ad
satisfaciendum suis Creditoribus ,
præsertim si filia ex proprio labore,
& industria non habeat, quo se
commode sustentet, aut nubat.
Ratio est, quia constitutio dotis
pertinet ad conservationem statūs,
eo quod pater teneatur, filiam vo-
lentem nubere dotare, eique me-
dia ad nuptias necessaria suppedita-
re: atqui ad conservandum statum,
& ad satisfaciendum naturali , de-
bitaque obligationi potest debiti
solutio differri, ac suspendi: ergò
non obstante ære alieno poterit pa-
ter dotem constituere, & debito-
rum solutionem suspendere, & filia
dotem acceptare, ac retinere. Ac-
cedit, quod, cùm pater filiae nubi-
li, & aliunde non habenti, quo se
commode sustentet, teneatur ali-
menta subministrare, & dotem con-
stituere.